

**Matt. 11. d.** quia spiritus vobis subyiciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis. 21. In ipsa hora exultavit Spiritus sanctus, & dixit: Confitebor tibi pater, Domine caeli & terrae, quod abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam Pater, quoniam sic placuit ante te. 22. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater, & cui voluerit Filius revelare. 23. Et conversus ad discipulos suos, dicit: Beati oculi, qui vident quae vos videtis. 24. Dico enim vobis, quod multi Prophetarum, & reges voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt: & audire quae auditis, & non audierunt. 25. Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo? 26. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est: quomodo legisti? 27. Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. 28. Dixitque illi: Recte respondisti, hoc fac, & vives. 29. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? 30. Suspicans autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam spoliarunt eum: & plagis impositis abierant seminitio relicto. 31. Accidit autem ei sacerdos quidam descendens eadem via: & viso illo preterivit. 32. Similiter & Levita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. 33. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. 34. Et appropinquans aliquid vulnera eius, insundens oleum, & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. 35. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi. 36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? 37. At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. 38. Factum est autem, dum irent, & ipse intravit in quoddam castellum: & mulier quaedam Martha nomine, excepit illum in domum suam. 39. & hinc erat soror nomine Maria, quae etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. 40. Martha autem meareliqui me solam ministrare tunc dicit ergo illi, ut me adiuvet. 41. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. 42. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea.

IN CAPVT X.

**1.** Postquam a Galilea in Iudaea venisset Christus, ut dixerat cap. 9. 31. & caetera accidissent, quae posteriore eius capitis parte narravit Evangelista. Vtrum autem haec septuaginta discipulorum legatio in ipsa Iudaea facta fuerit, an postquam Christus inde in Galileam reuertisset, incertum est. Tamen vero similitudo in Iudaea facta fuisse. Nam in tota Galilea & ipse predicauerat, & ad predicandum duodecim Apostolos ante iam miserat c. 9. 2. & Matt. 10. 1. & Mar. 13. 13. in Iudaea vero nec ipse, nec Apostoli, nisi forte post baptismum valde breui tempore predicauerat. Et esse valde credibile cum in Iudaeam nunc venisset, vidissetque magnam populi multitudinem rudem adhuc Evangelij, & quasi nondum profectam campum; aut, ut ipse ait, legetes iam albas ad messes; atatores vero, messoresque desesse; alia vero ex parte passionis suae tempus appropinquare, & ex populi male instituti necessitate, & ex breuitate temporis occasionem sumpsisse nonos deligendi, mittendique concionatores, ut indicat Augustinus.

Designavit Dominus & alios septuaginta duos. Magna de hoc discipulorum numero quaestio est, quia non solum Graeci plerique codices, & Syriaci septuaginta solum legunt, sed etiam auctores veteres, maximeque Graeci cum eos numerant, aut mentionem de illis quoquo modo faciunt, non nisi septuaginta solent ponere, ut Iren. lib. 2. c. 37. & lib. 3. c. 73. Clemens lib. 4. d. 1. ubi dicitur, quod Irenaeus in libro 4. huius Ecclesiae. 14. Ambrosius hoc loco, & Iren. ad Fabiolam de 42. mansionibus Damascipitola 4. Concil. Neocae. cap. 13. apud eundem Damasc. Doroth. in synopsi. Sunt qui id quoque ratione consistunt. Numerum hunc septuaginta, sicut & duodecim, Iudaeis in honore, & veneratione fuisse: hunc quidem propter duodecim Patriarchas, illum vero propter septuaginta animas, quae cum Iacob ingressae sunt in Aegyptum, unde totus deinde Iudaeorum populus propagatus est Gene. 46. 17. Mosem etiam non septuaginta duos, sed septuaginta seniores

Iren. 4. 17.  
Matt. 9.  
77.  
Luce. 10. 35.

Discipuli  
Christi  
quorum  
numerus  
et fuerit.

tantum consilio Iethro sociati fuisse, qui iudices infra se essent Exod. 18. 21. & 24. 1. Deum septuaginta seniores viros parati sibi iussit Num. 11. 16. In Elim, ubi populus ex Aegypto fugies castrametatus est, duodecim fuisse fontes, quibus duodecim Apostoli septuaginta vero palmas, quibus septuaginta illi discipuli significarentur Exod. 17. 17. Sed non dubito quoquoque tandem modo hoc loco legendum sit septuaginta duos, quos Christus hic designasse dicitur, fuisse discipulos. Fieri enim potest, ut postea duodecim, ut cum septuaginta duo fuerint, septuaginta tantum ab Evangelista nominentur. Ita quae si probamus legendum esse septuaginta duos, septuaginta duos fuisse probatum erit: si quis vero probauerit legendum esse septuaginta, non continuo probatur non fuisse plures. Praeter auctores ergo, quos paulo post adducemus, ratio eadem, qua duodecim elegit Apostolos, sicut, ut credamus septuaginta duos discipulos elegerit. Dubium non est, ut apud Matt. c. 10. 4. docuimus, quin propterea duodecim Apostolos elegerit, quia duodecim erant tribus, ut vnaqueque tribus suum Apostolum haberet: credibile ergo eo numero discipulos elegerit, ut aequaliter inter duodecim tribus diuisi posset: numerus vero septuaginta aequaliter inter duodecim diuisi non potest; septuaginta vero duo si diuidantur, vnicuique tribui sex obuenient: septuaginta: gigit duo electi sunt. Confirmatur haec opinio iisdem exemplis quibus alij auctores contrariam probate solent. Nam si spectemus numerum eorum, qui in ipsa cum Iacob in Aegypto ingressi sunt, non erunt septuaginta, sed sexaginta sex, ut eodem loco scriptura testatur. Si vero numeremus & ipsam Iacob, & Ioseph, qui iam in Aegypto erant, & duos eius filios, qui non in Aegyptum ingressi, sed in Aegypto nati sunt, erunt quidem septuaginta: sed si eodem iure duos filios Iudae numeremus Her, & Onam, qui antequam Aegyptum ingrederentur, mortui fuerant Gen. 46. 12. erunt septuaginta duo. Mosem vero septuaginta duos seniores legisse, praeterquam

Numerus  
cardinalis  
in scriptura  
vix exprimitur  
sicut aliquid  
significat  
desit.

Cur hoc  
numero  
discipulos  
elegerit  
Irenaeus  
Chrysostomus.

quam quod boni auctores ferunt, ex sacris etiam literis, & ex Iudaeorum moribus colligi potest. Dederat Moyses duodecim tribus optione, ut ipsa ex omni populo viros prudentes, & incorruptos eligerent, qui iudices essent: quis credat homines ambrosios, quales Iudaei erant, non equalem ex singulis tribubus numerum elegisse, ut & honos ille aequaliter omnibus participarent: & iudicium Philus suspectum esset, cum ex singulis tribubus & qualis iudicum numerus fuisset electus? Quod si aequalis ex singulis tribubus electus est numerus, non poterunt eligi nisi sex. Si enim plures electi fuisset, ut minimi octoginta quatuor, quod nemo concedit, si pauciores, non fuissent, nisi sexaginta, quod minus concedit quisquam: necesse ergo est senos ex singulis tribubus iudices electos fuisse. Cur igitur & in scriptura, & a Philone, & a Iosepho, & ab omnibus aliis auctoribus septuaginta electi dicuntur? Curij, qui Ptolomaei Philadelphini iussu sacras literas ex Hebraeo in Graecum sermonem conuertere, septuaginta interpretes ab omnibus appellatur, cum omnes profus auctores scribant fuisse septuaginta duos: nisi quia Augustini regula vera est, solere etiam in literis sacris cardinalem quem vocat numerum exprimi, etiam si aliquid illi aut super sit, aut desit lib. 2. qq. in Exod. qu. 47. sicut filij Israel quadringentos in Aegypto annos fuisse dicuntur, cum aliquanto plures fuerint, ut patet ex ca. 12. Exod. v. 40. Eadem regula & illos seniores quos Deus per Moysen eligi iussit, & illas palmas, quae circum duodecim erant fontes, septuaginta duas fuisse credo, quamuis septuaginta tantum a praecipuo numero nominentur, eademque ratione quamuis Luceus septuaginta discipulos electos fuisse diceret, septuaginta duos electos fuisse crederem. Adde quod & Latini omnes, & Graeci multi codices septuaginta duos legunt, & maior pars veterum auctorum eundem numerum ponunt. Clemens lib. 2. Const. c. 30. Origenes in dialogo de recta in v. um Deum fide. Tatianus in harmonia Evangelij. Anselmus epistol. 3. Epiphanius h. 20. Augustinus lib. 2. de conf. Evangelij. & Iren. 4. 2. de sanctis, & Gregorius lib. 35. Moral. cap. 19. Beda in com. Quod si omnes auctores septuaginta tantum posuissent, non plus inde praefecto probaretur, quam si ipse Evangelista septuaginta fuisse dixeret, arqui iam probauimus, etiam si Evangelista dixisset septuaginta, septuaginta duos fuisse credi debuisset. Nec inde magis sequeretur non nisi septuaginta fuisse discipulos, quia non plures ab auctoribus nominarentur, quam septuaginta tantum interpretes fuisset, quia omnes auctores septuaginta eos, non septuaginta duos vocare solent. Solutio: Dorothaeus mouere potest, quia non solum septuaginta ut alij vocat, sed etiam numerat, & singulorum nomina recenset; me vero non ita multum mouet, apud quem eius scriptoris nunquam admodum grauis auctoritas fuit. Graeco historiam scripturam ingenio. Ac ut non longe suspicet huiusmodi argumenta peramus, vnde ille inter tot antiquiores auctores solus singulorum discipulorum nomina didicit? Qui potuit nomina fingere, aut ficta ab alio leuiter credite porit numeris? Alia reliqua est quaestio cur hoc numero potius, quam alio eos Christus elegerit. Eius numeri rationem vna supra indicauimus, quod Iudaeis sanctus quodammodo esset, & multis insignis exemplis, septuaginta duum hominum, qui ex Iacob, & eius filijs propagati fuerunt; septuaginta duum iudicum, in quos Irenaeus Moysen effusus est; septuaginta deorum palmarum, quae circum fontes duodecim adnae erant; septuaginta duum in interpretum, qui scripturas sacras in Graecam conuertebant linguam. Alias duas assert Beda, alteram, quod totidem mundi plagae essent, in quas esset diuisa mundus: & Irenaeus. Nam in septua-

ginta duas linguas, videtur quod geres illos, qui Babylonicam turrim extruebant fuisse diuisos, constant veterum auctorum opinio est. Gen. 11. 8. quia totidem familias turrim aedificasse ex praedicti capite colligitur. Altera magis etiam naua allegoricam, quam sumptit ex Aug. lib. 2. de conf. Evangelij. 4. Duodecim Apostolos duodecim anni mensibus; discipulos viginti quatuor diei horis respondere, quae aut propter Trinitatis mysterium, aut propter tres dominici sepulchri dies per tria multiplicatae est: id est septuaginta duas horas, quot discipuli erant. Manifestum ex hoc loco est, id quod veteres non fugit auctores, voluisse Christum in Ecclesia sua aliquod personatum esse discrimen, & non solum Ecclesiasticos ministros hominibus laicis, sed inter ministros etiam ipsos alios aliis esse superiores. Nec enim eodem, nec eodem tempore, neque numero, neque gradu eodem Apostolos, & discipulos elegit. Indicat Apostolorum paucitas eos discipulis maiores esse. Sed qui nunc in Ecclesia Apostolorum, qui discipulorum locum teneant, de eo inter antiquos auctores non satis constat. Communis opinio est Episcopos a Apostolis praefectos septuaginta duos discipulis successisse. Anacletus epistol. 2. Hier. ad Marcel. aduersus Montanum, & Beda in com. in c. Luc. 13. Alij Episcopos Christo, presbyteros Apostolis, diaconos septuaginta duos discipulis similes faciunt, ut Ignatius in epi. ad Smirnen. Fuerunt etiam, qui dicebant Episcopos Dei patres, presbyteros Christi, diaconos Apostolorum personam gerere. Clemens lib. 2. Const. c. 30. & Ignatius in epi. ad Trallian. & in epi. ad Magnet. Prima opinio verior.

Et misit illas binos ante faciem suam. Hebrae ante se, ut c. 1. 7. 6. & 7. 27. & Mar. 1. 2. Quod binos miserit, ratio est non obcura, Vnde solus, qui cum ceciderit, non habet subleuantem se, Eccle. 4. 10. Voluit discipulos suos alios alius in rebus aduersis, aut necessariis adiumento, & consolatione esse. Frater, inquit, qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma, Petrus 18. 19. Quam ratione Orig. & Theop. asserunt. Graec. vero h. 35. Mor. c. 19. attigit magis, ut mihi videtur, propria, & literalem quam illam, quam D. Aug. lib. 2. de conf. Evangelij. c. 14. & Greg. eodem loco, & Beda reddunt, duo caritatis esse praecipua: alterum, quod in Deo, alterum, quod in proximo diligendo versetur, hoc enim, ut apparet, allegoricum est: voluit etiam discipulos suos perpetuos habere adiutum suarum vestes, ne quis male eorum solitudinem interpretaretur, quasi ideo soli essent, ut libenter tunc teste praerent. Adnotauit Orig. hoc semper visitatum fuisse. Nam & Moysi, ut ex Aegypto populum educeret datum Aaron locum Exod. 4. 15. & 7. 1. Iosue, & Caleb eundem populum mirum in modum percussisse, & in terra Chanaan introduxisse Iosue 1. 4. 6. Etiam Apostolos binos a Matt numeratos c. 10. 2. 3. 4. binos etiam ad predicandum misisse Christum Mar. 6. 7. Ad soluendum alium, quo videretur, duos quoque discipulos misit, infra c. 19. 29. & Matt. 24. 1. Iremque ad paratam vltimam etiam alios duos Petrum, & Ioannem, infra c. 22. 8. Sed & Ioannes Baptista, cum in vinculis esset, duos ex discipulis suis ad Christum legatos misit Matth. 11. 2. Optima duorum societates Hispanice etiam prouenit bio celebrata; neque, necessario solario, & auxilio carum, nec temulura & dissensionibus abundans. Ante factum autem suum misit in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus, haud dubie ut incultum, & rudem agrum sibi proclinerent, & ut in atarum iam campum Evangelij semen facerent, facerentque nunc discipuli, quod ante Ioannes fecerat, pararent viae Domini ante faciem eius, & omnes intelligeret pro vno Ioanne de medio solbato septuaginta duos ipsi Ioannes nascosse. Hoc est Augustini proprium ingenium, sanguine crescit meritoque; a Tertuliano in Apologetico sub fine & Leone Mag. ser. 1. in Nat. SS. Petri, & Pau-

Discipuli  
cur missi  
fuerint bi-

Christiano rum / enim est sanguis.

& Pauli dictum est Christianorum sanguinem semen esse, quo plures tyranni occiderit, plures nati. Reliqua vlg. ad ver. 17. apud Matr. & Mar. explicamus, consule locos in margine signatos.

17. Reuerfi sunt autem septuaginta duo cum gaudio. Narrat Lucas quos fructus fuerit missionis discipulorum, bene illis legationem successisse adeo profus, vt gloriantes quodammodo redierint. Scribit etiã Marcus c. 6. 30. Apostolos cum ad predicandum missi fuissent, rediisse ad Christum, illiq; narrasse, quid quid sibi in ea legatione accidisset, sed Lucas distinctus. Quod discipuli ad Christum redierint, & ratione illi reddiderint legationis sue, officium ipsorum fuit necessarium. Reliquerunt nimirum conconatoribus exemplum, vt si quid concionando boni egerint, ad Christum redeant, id est, illi acceptum referant, vt apud Marcum ex Hiero. & Theophy. obseruauimus. Videtur Cyprianus de ieiunio, & tentat. Christi. Grego. 123. Mor. c. 7. & Cyrill. apud D. Tho. & Beda, & Elias Creteris in commen. in orat. 4. de Theol. Gre. Naz. aliquid in his discipulis culpaz, aut minus certe perfectę virtutis notare. Quia infirma adhuc fide, inquit Beda, gaudebant in virtutibus, vide quid audiant. L. beatus Theophy. sequor in meliorem partem gaudium verbaq; discipulorum interpretantem: eos non vlla elatos arrogantia hoc dixit, sed gloria Christo acceptam tulisse, cum dicitur, In nomine tuo, gaudio tamē felici predicationis, & miraculorum successu. Quod non modo malum nō est, sed etiam est aliquando Christianis doctoribus necessarium, nec enim utilis est eloquētia. Affectu cessus lætitiarum, lætitiarum animam addit, laborem minuit Hoc non intelligit, qui non fecit. Cur ergo Christus eorū lætitiarum reprehendit, ver. 20. veni in hoc nomine gaudeat? Non reprehendit, sed docet, ac perficit; nec prohibet propter subiecta sibi dæmonia gaudere; sed monet, vt propter scripta in celo ipsorū nomina magis gaudeant. Vt cum mulier diceret inf. c. 11. 27. Beatus vnter qui te portauit, respondit ver. 28. Quomodo beati qui vident verbum Dei, & custodiunt illud, nō negat virtutem, qui se portauit esse beatū; sed docet beatitudinem magis in fidei mente, quam in gignente ventre consistere.

Domine etiam dæmonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Videtur hoc ita dicere, quasi ante non credidissent fore, vt dæmonia sibi subicerentur; narrat enim tanquam rem nouam, & quæ sibi præter opinionem acciderit admirabundi. Sunt, qui dicant Christum illis, cum ad prædicandum mitteret, non dedisse potestatem eiciendi dæmonia, sed moribus curandi, aliaque miracula faciendi, tentantibus tamen postea, vt cum res postulabat, dæmones pelleret, Christi illis virtutem reassuisse, remq; successisse pro voto: id esse quod nunc mirantes dicant, etiam dæmonia subijciuntur nobis, quasi dicant, non solum alia miracula facere potuimus, quorum nobis faciendorum dederat potestatem; sed dæmones etiam eiecimus, quorum potestatem non dederat; plus facimus, quam sperabamus, plus quam iussit, quamque concesserat. Non possum adduci, vt hoc credam. Nec enim magis constat dedisse illis Christum potestatem alia faciendi miracula, quam dæmones eiciendi; neatrum enim narrat Euangelista, quod intelligendum nobis reliquerit, eadem illos missi potestatem, qua paulo ante Apostolos misisse dixerat cap. 9. 1. Apostolis autem potestatem in primis dederat dæmones eiciendi, & eo loco, & Matth. 10. 1. & Mat. 23. 13. & 6. 7. eandem igitur potestatem discipulis dederat. Nec vero credibile est tam male instructos misisse, vt eam illis non dederit potestatem, quæ ipsis in primis erat necessaria. Nihil enim magis homines commouebat, quam quod viderent

Dollens / Chritiani / bono successu / gaudent / possunt.

non solum a Christo, sed etiam eius nomine ab aliis eici dæmonia. Cur ergo quasi mirantes dicunt, etiam dæmonia subiciuntur nobis? quam vim habet particula illa, etiam? Bisarium responderi posse puto. Aut voluisse discipulos vno verbo omnia, quæ fecerant, explicare, & dicentes quod omnium erat difficultissimum indicare cætera se etiam fecisse, quasi dicant, non solum cætera fecimus, quæ faciliora erant; sed etiam dæmones expulimus. Aut tacite intelligendum non solum homines, sed dæmones etiam ipsos illis paruissse.

18. Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de celo cadentem. Non facile dicta est, quid hæc verba significent, & quorsum a Christo dicta sint. Maior pars auditorum de primo diaboli & cæci casu interpretantur, quem se Christus tanquam Deum vidisse dicat. Cyprianus lib. de ieiunio, & temptationibus Christi, Ambrosius in lib. de fuga sæculi c. 7. Chrysostomus hom. 10. de penitentia, Hieronymus lib. 2. aduersus Iouinian. Gregor. lib. 9. epist. 58. & lib. 23. in Job c. 7. Beda, Theophylactus Bernardus serm. 5. de dedicat. Ecclesiæ & sermo. 2. ad fratres, & Euthym. Quorsum ergo Christus de casu diaboli nunc agit? Respondent Cyprianus, Hieronymus, Gregorius, & Beda quia elati videbantur discipuli lætitiarum, exemplum illis Satanæ proposuisse, ne propterea gloriarentur, ne forte cadentes, sicut olim Satanæ ceciderat. Alij referunt ad incarnationem Christi, quasi dicat, nihil noui mihi natiuitatis subieci vobis illius dæmonia, ego enim sciebam Satanam eorum principem a me victum, & de celo deiecum. Consilite, inquit, ego vici mundum, & veni princeps huius mundi eicietur a me. Sic Gregorius Nazianzenus orat. 4. de Theolog. & Basil. in homil. quod Deus non sit auctor malorum: & Cyrillus apud D. Thom. & Elias Cierens. in commen. in Gregor. Nazianz. quam interpretationem etiam Euthymus & Theophylactus probant. Itaque cælum aut proiecit illo, in quo, antequam Christus veniret, diabolus regnabat, vt Euthymus, & Elias: aut pro potestare, & gloria quam habebat, vt Theophylactus, & Cyrillus intelligunt, accipitur. Hæc vltima sententia mihi placet, nam vt superius dixi, non libenter Christi discipulos accuso, quod petros sententia auctores facere videntur, tantum pluralis probanda est. Solet diabolus, cum eius potestas impeditur, dici de celo deijci, de celo cadere, ligari, foras eijci. Ioan. 12. 31. Apocal. 12. 9. & 20. 2. & apprehendit, inquit, draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanus, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit. & signauit super illum. Quis ille angelus erat, qui serpenti ligasse dicitur, nisi Christus? Quod ergo dicit hoc loco, Videbam Satanam sicut fulgur, non solum cognitionem, sed multo etiam magis actionem significat, indicat enim se auctore, victoreque diabolum eiecisse. Tanquam si dux belli suas narrans victorias diceret, videbam cumulatim hostes ante me cadere. Quod autem dicit sicut fulgur, alj similitudinem in splendore ponunt, quod, cum ante diabolus sicut fulgur splendore esset, vnde Lucifer appellatus est, tamen ea luce in tenebras cecidisset, vt Ambrosius, Chrysostomus, Titus Bostre. & Theophylactus. Itaque participium cadentem non referunt ad fulgur, sed ad Satanam, nō enim esse se solum videbam Satanam cadentem sicut fulgur, id est sicut fulgur cadit; sed videbam Satanam sicut fulgur, i. qui sicut fulgur prius erat, cadentem. Alij ferē omnes auctores in casu ipso similitudinem esse putant, vt sitentis, videbam Satanam magno impetu, ac vi cadentem, sicut cadere solet fulgur. Hoc probabilis, quia magis ad rem pertinet, vt de ceteri

Ioan. 6. 37. / Ioan. 14. 30. / Ioan. 12. 31.

Diabolus / de celo / deijci / quod sit.

Diabolus / scriptura / quo negat / quod / minus / aliter / conuenit.

Mat. 7. 22.

celeritate casus, quam vt de pristino splendore eius ageretur; cum vt paulo ante probauimus, non de potestate, sed de secundo eius agitur casu, quo per Christum in abyssum precipitatus dicitur, quod ab eo illius potentia cœcisa sit.

19. Ecce dedi vobis potestatem. J. G. idē. Et hoc vult videri. Ecce dedi vobis potestatem. Quasi tunc daret ante non dedisset. Re dicit Euthymius admonit non significari hoc verbo ante illius potestatem non dedisset, sed prius datam tunc confirmari. Et si illud, quod præterea dicit non probat, prius non nisi ad tempus dum ea fungerentur legatione, eam illis potestatem fuisse concessam, nunc vero eandem in perpetuum prorogari. Quorsum ergo iam datam confirmat? nec enim necesse erat, si non ad tempus, sed in perpetuum concessa fuerat. Vt aptius diceret, quod dicitur erat, Verumtamen in hoc nomine gaudent, quali dicat, nolo vobis datam reuocare potestatem; quin etiam atque etiam confirmo: verumtamen intelligite aliud me vobis manus contulisse beneficium, quo vobis potius gaudendum sit, quod nomina vestra scripta in celo, Irenæus lib. 5. cap. 24. Cyprianus in libro ad Nouat. Rufinus in expolit. symboli, Basilus Plalm. 28. Niceia in 2. orat. de Palt. Greg. Nazianz. Procopius cap. 11. 49. Chylosotomus hom. 17. in Gen. Beda, Theophylactus, & Euthym. serpentes, & serpentes dæmones interpretantur, quali quod sequitur, horum verborū explicatio sit, & super omnem virtutem inimici. Probabilis interpretatio, sed mihi literalis videtur esse alia, quam idem asserit Beda, vt veros serpentes, & locutiones intelligamus. Voluit enim Christus significare se discipulis dedisse potestatem omnia pericula superandi, non solum quæ ab hominibus, verum etiam quæ a bellis, & dæmonibus solent accideri. Et videtur hoc locus ex illo Marc. 16. 17. 8. intelligi debere, in nomine meo dæmonia eiciunt, linguam loquentur nonum, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non erit eis. Exemplo est Dion Paulus, Acto. 28. 3. 5. qui morsus a vipera nihil accepit nocuumenti.

20. Verumtamen in hoc nomine gaudent. Non verat discipulos, vt supra diximus, gaudere, quod potestatem in dæmones haberent. Donum enim erat Dei, & omni Dei dono gaudere licet, modo & donum ipsum, & gaudium in auctorem suum referatur: sed solerit scriptura loqui, vt quod comparatione alterius minus affirmatur, absolute negatur. Misericordiam, inquit Osee 6. 6. March. 9. 13. vobis non sacrificium, volebat vtique sacrificium, qui tot inlitterat sacrificiorum genera, sed quia minus, quam misericordiam volebat, velle se negat. Eodem profus modo negat Christus discipulis gaudendum esse, quod dæmones illis subicerentur: non quod gaudendum non esset, sed quod minus gaudendum, quam quod ipsorum nomina in celo scripta essent. Cur autem minus gaudendum illis esset, quod dæmones pellerent, facilius ratio, quam & Beda reddidit. Possunt id

& mali, inuultque homines facere. Multi inquit dicunt mihi in illa die Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Tunc confitebor illis, quia nescio vos. Quamquam exemplum illud, quod asserit Beda filiorum Senez Acto. 19. 13. aptum non est. Illi enim remanent quidem dæmones eicere, sed male successit. Quod autem ipsorum in celo nomina scripta essent, merito eos gaudere oportebat: quia non nisi in horum in celo scripta sunt nomina. Nomina in celo scripta esse, est scripta esse in libro vitæ, vt alius v. b. sic scriptura solet dicere Exodi 32. 32. 33. Plalm. 68. 29. Philipp. 4. 3. Apocal. 13. 5. & 17. 8. & 20. 15. & 21. 27. & 22. 19. Docent Theologi duobus modis

in libro vitæ homines scribi, aut secundum æternam Dei prædestinationem, quæ falli, aut mutari non potest, vt secundum præteritum cuiusque iustitiam, quæ mutari potest illos semel scriptos, nunquam deleri: hos deleri, referri que, prout nunc ex istis inuisti; nunc rursum ex iniustitiis sunt. Id ex Exod. 32. 32. 33. & ex Plalm. 68. 29. & ex Apocalyp. 3. 5. manifestum est. De vera huius descriptione agitur non nostri, sed diuini iudicij est. Qui de vera hoc intelligentes prædestinatione, ex hoc loco collegerunt sanctioris, aut melioris terre conditionis discipulorum, quam Apostolorum fuisse collegium, quod discipuli quidem omnes, Apostoli non omnes prædestinationati fuerint: discipuli potius quam Apostoli esse merebantur. Scimus ex Apostolis damnatum fuisse Iudam, & in locum suum abisse. An ex discipulis damnatus aliquis fuerit nescimus, & non solum alterum affirmare, sed etiam scire velle est temerarium; quia temeritate longis non absumt, qui nullis antiquis auctoribus, nulla traditione docti horum discipulorum nomina recenserent: sed non ferunt in puncto, ipsa enim, qua inier ipsos apparet, in recensendis nominibus diuersitate testatur.

21. In ipsa hora exultauit Iesus spiritu. Exultauit animo, lætabundus, gratulabundus, volebat enim Patri gratias agere, quod eam potestatem discipulis suis hominibus simpliciter tradidisset, vt & quoniam illis subicerentur, quam sapientibus, atque prudentibus non dedisset. Eo enim refertur: non ad id quod proxime præcellerat, quia nomina vestra scripta sunt in celo. Itaque Matthæus hanc historiam cum ea, quæ ver. 15. narrata est, coniungens, prætermisissus quæ a discipulis Christo, & a Christo discipulis dicta sunt, seriem non seruauit historiz. Porro hunc locum, & quæ sequuntur vique ad versum 23. apud illum cap. 11. 5. declarauimus.

22. Et ecce quidam Legisferus surrexit tentans illum. Solus hæc historiam Lucas narrat. Nam illam de quo Matthæus cap. 22. 24. & Marcus cap. 12. 28. scribunt, alium fuisse doctorem, illic docuimus. Quæ occasione Legisferus ille Christum interrogauerit, incertum. Nec enim hoc eodem tempore, aut loco, quo suspensa accidisse credendum est, cum nec id Euangelista indicet, nec ipse tenet se coherere, etsi Beda cum illis verbis iungit, Gaudet, quia nomina vestra scripta sunt in celo, quali sumpta inde occasione Legisferus finxerit, se in celo etiam scribi velle: vero simile in synagoga, aut in aliquo circulo, alioque publico loco contigisse. Quando cumque, & vnicuique tandem acciderit, apparet Euangelistam hoc ideo commemorasse, vt doceret, quæ occasione Christus parabolam illam hominis ab Ierusalem in Iericho descendens proposuisset, quam, cum virem, & mysteriorum plenam doctrinam contineret, prætermittendam non iudicauit. Notauit non descendit, sed tentandi animo Christum interrogasse, vt tacite causam indicaret, quam obrem Christus Legisfero, non simpliciter, reclusæque responderit, sed vicissim eum interrogauerit, in lege quid scriptum est? quomodo legi? Non enim simpliciter responso dignus erat, qui non simpliciter interrogabat.

Magister quis sciendo vitam æternam possidebo? Fingit se superbia inflatus Legisferus, qui se nihil nescire existimabat, salutis vitam ignorare; & tanquam Christi discipulus esse velle, velut vnus de imperita multitudine rogat. Eo pertinet, quod magistrum appellat.

26. In lege quid scriptum est? quomodo legi? Quam prudenter Legisferum ignorantiam simulantem, & callide explorare volentem doctrinam Christi, ad Legem mittit. Solebat id facere cum tentabatur, vt

In libro / G. / scribi / quid sit.

Mat. 23.

viaret



poterant, exhibuisse, & quia illa erant, quae maxime desiderari poterant ab homine vulnerato, ea in parabola posita sunt. Ceteras partes suam aliquam, ac propriam significationem habere credo. Na quod dicitur homo ille ex Ierusalem potius, quam alio ex loco descendisse, ed vt supra diximus pertinet, vt eum Iudaeum, & quidem Ierosolymitanum dicere fuisse intelligamus, cui propterea Sacerdos, & Levita plus, Samaritanus minus caritatis exhibere debuisset. Quod autem in Iericho potius, quam in alium descendisse locum, quod ea viz celeberrima esset, atque notissima, quemadmodum si Romae cum esses, & similem parabolam proponere velles, diceret Roma quempiam Neapolim profectum fuisse, & quod ea via latrocinij esset infamis, vt Hieron. in comment. in cap. Matth. 20. tradit. Quod vero dicitur spoliatur primum, deinde vulneratus, ac semitibus relictus, nihil aliud significat, quam eum relictum fuisse in statu maxime miserabili, & spoliatur non solum pecunia, qua sibi subuenire posset, sed omnibus etiam vestimentis, vt nihil illi reliquum esset, quod posset vendere. Prouterea adeo vulneratum, vt feminatus esset, hoc miserabiliores, quam si homo non fuisset mortuus, quo magis miseriam faceret suam.

38. *Factum est autem, dum irent.* Dum pergerent Ierosolymam versus, quemadmodum dixerat superiore c. vers. 31. De eadem enim professione agit, & ad eum tempus locum. Vnde probabilis coniectura ducitur, ea omnia, quae ab eo loco vique ad hunc Euangelista narrat, in ea accidisse professione, antequam Christus Ierosolymam perueniret.

*Intrauit in quoddam castellum.* ] G. sic vsq. in paginam quandam. In castello Marthae, & Mariae sororum Lazari, vt Ioannes ait c. 11. n. quam ex eodem loco Bethaniam fuisse constat prope Ierosolymam sitam, vt apud Matthaeum c. 26. 9. docuimus. Castellum autem Marthae & Mariae dicebatur, non quod eorum esset, sed quod ibi habitarent. Sed de eare apud Ioannem c. 11. disputabimus. Cum proposuisset Euangelista narrare, quid quid Christus in hac sua professione fecisset, noluit praetermittere, quod fecerat in domo Marthae, quomodo Christus studium in audienda, percipiendaque ipsius doctrina Marthae sollicitudini in rebus corpori necessariis praeparandis ante posuerat. Erat enim vile ad informandos motes exemplum.

*Et mulier quaedam Marthae nomine.* ] Loquitur Euangelista de Martham tanquam de muliere adhuc ignota, non quod nota non esset, cum Ioannes cap. 11. ex sororibus Marthae & Mariae delcriptum notum Lazarum: *erat, inquit, quidam languens Lazarus à Bethania de castello Marthae, & Marthae sororia eius:* sed quia ipse haec tenus de Marthae mentionem non fecerat, tanquam de muliere lectori adhuc ignota dicit, *Et mulier quaedam Marthae nomine.* Apparet Martham maiorem fuisse natu Mariae sorore sua, quando quidem domus Marthae potius, quam Mariae dicebatur, & Marthae Christum potius, quam Maria dicitur excepisse, vt notauit Berni. serm. 3. de Assump. B. Virg. Maior etiam illa sollicitudo hospiti necessaria parandis de fortasse nascatur, quod ipsius proprie esset hospes, & eius magis interesset videretur, vt nihil hospiti deesset.

*Et huic erat soror nomine Maria.* ] Eodem modo de Maria tanquam ignota loquitur, eademque ratione, & Marthae sororem esse dicit tanquam maioris minoris. Ioannes ca. 11. alia ratione vtrumque contrario facit modo. Nam & de ambabus sororibus tanquam de nouissimis mulieribus loquitur, ex illisque Lazarum eorum fratrem designat; & Mariam Marthae praeponebat. Habuit nimirum rationem aliam, quod cum in g-

Castellum  
Marthae  
cur dice-  
tur Barba-  
nia.

A ret. qui de mulieribus illis, quae Christum sequebantur, sepe audiuissent, de quarum numero haec duae sorores erant, quamobrem notiores erant, quam frater ipsarum Lazarus. Mariam vero deo Marthae praeposuit, quo illa locum ante Lazarum, capillis tectis, & vinctis vnguentis Domini pedibus esset notior, vt ipse Ioannes subiecit, vers. 1. *Maria autem erat, quae vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis.*

*Quae etiam sedens iuxta pedes Domini.* ] Quam vim habebat, dicitur illa etiam, non satis apparet. Quidam sic interpretantur, quae etiam sedens sicut aliae mulieres. At non nisi diuinitatem mulierum Marthae, & Mariae mentio fit, necesse vero simile domi fuisse plures, nisi fortassis ancillas, quas non est credendum sedisse, sed ministrasse. Alj etiam sedisse, id est non solum stando, & quasi aliud agendo, sed etiam sedendo ex otio attentam, contemplandamque docentem audisse Christum. Non displicet, sed magis accommodare ad id, de quo agitur, exponi posse arbitror; vt significetur illam non solum non fuisse sollicitam in parandis, ministrandisque rebus necessariis sicut etiam Marthae, sed etiam omnis quodammodo clerici oblitam curae ad pedes Domini sedisse, vt eius verbum commodius audiret. Auetiam sedisse sicut sedebat Christus, hoc excepto, quod ad eius alius sedens sedebat pedes, & meliens, & discipulae imitum more. Duorum hic peronatum officium obsequendum lectorem est. Christa: quae Marthae, Christus hospiti exceptus, simul vt est ingressus domum, docet, & de rebus diuinit loquitur, & prius hospites suos spiritualiter pascit, quam corporaliter ab illis ipse pascitur. Maria omnibus omissis etiam, quae ad ipsius Christi honorem pertineat videbantur, ad pedes eius sedens docentemq; audit, magis se audiendo, quam ministrando honorare putat Christum. Concionatores Christum, auditores Mariam imitari debent.

40. *Martha autem sat agebat circa frequentis ministrare.* ] G. *et non tunc, dilatare* habebatur, turbabatur, tota negotio erat, & occupata in nihil alio. *et dilatare* multum ministerium appellat, non opiparum opinor, contumum, sed sollicitudinem multum querentis, quibus rebus Christus gratificari posset, & sui erga illum caritatem declarare. Vtrumque proculdubio ex caritate proficerebat, & quod fatigabatur, id est tanto excepto hospite sollicita erat, qua ratione illi satisfacere, & quod multo vebatur ministerio.

*Quae stetit, & ait.* ] Adstitit coram Christo, quasi coram iudice querelam suam, & sororum accusationem proposuit. Non rogat sororem cur se non adiuuet, sed Christum ipsum quasi subaccusans alloquitur, *Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solum ministrare?* Sive quia non tam ministrabat sororem suam verbis Domini delectatam omnium aliarum rerum oblitam ad pedes eius fixam habere, quam Dominum ipsum rem, vt illi quidem videbatur, indignam pati, vt Maria sorore sua maiore, vt diximus, natu ministrante otiosa quodammodo, & sine cura sederet; sive quia seiebat nihil se, etiam si fortiori id diceret, esse etiam. Nec enim ab ore Domini auelli posse, nisi Dominus ipse iuberet, cuius sermonibus oblectata tenebatur. Non debeamus ex notis moribus de sanctis iudicare; sed li spectemus Marthae verba, personam vero eius reuocemus videtur humanum quiddam in illa apparere, primum quod Christum subaccusat, quod vt concedamus aut admittamus, aut iocundis potius, quam in accusantis animo dictum esse, tamen speciem certe habet accusationis, atque querelae. Deinde quod suam offensare diligentiam, locos vero delictum, & incuriam notare voluisse videtur. Non est innotuit, quod

Exemplum  
conspicua  
torione, &  
aud. tor.  
bus rous-  
sandum.

foror

*foror mea reliquit me solum ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet.* Denique si non Marthae, muliebri tamen ingenio contentationem est ex aliqua invidentiae specie hanc accusationem esse profectam. Non tam aegre fortasse feret se solum ministrantem relinqui, quod illi duci poterat laudi, quam sororem suam solum colloquio Domini frui, & apud illum gratiosorem videri. Si hoc illa animo non fecit, nos quidem certe facere solemus. Si quem videmus rerum diuinarum contemplationi deditum, tumultuos huius seculi negotia non curare, otiosum hominem appellamus. Ex illorum persona loquitur, ait Beda, qui adhuc diuinae contemplationis ignari, solum quod didicerunt de diuinitate dilectionis opus Deo placium dicit, adeoque, cum illi, qui Christo deuoti esse velint, huius manipulos assumunt. Olet hoc, quoniam aliquando ad Catholicos fiat, haereticorum ingenium, qui nihil ferunt iniquius, quam monachorum vitam, vt ipsi vocant, otiosam. Discernant quos a culant: qui enim otiosi sunt, monachi non sunt. Si veri monachi sunt, aut actiuam sequuntur vitam, & tam occupati sunt, quam Marthae: aut contemplatiuum, & tam occupati sunt, quam Maria, pro qua Dominus sorore accusante respondit; aut vtraque, & plusquam Marthae, plusquam Maria, tantum quantum vtraque simul occupati sunt. Cum ergo Maria, inquit Augustinus sermo. 27. de verbis Domini, suauiter audiret verbum dulcissimum, & corde iuuenissimo pascere, interpellato Domino a sorore sua; quomodo praesentem eam immissit, ne diceret ei Dominus, surge, & adiuua sororem tuam? mira enim in suauitate tenebatur, quae profecto maior est mentis, quam ventris. Excitata est, sedis se curior. Quomodo autem excitata est, attendamus. Pascamur & nos. Cassian. collat. i. cap. 8. legit, Domine, num tibi placeat, quod soror reliquit me solum ministrare.

*Martha, Martha sollicita es, & turbata erga plurima.* ] Quod bis repetit nomen Marthae, epitalium, & emphasim habet: quod ait, sollicita es, & turbata erga plurima, duobus verbis expressit, quod paulo ante Euangelista expresserat vno, *Martha autem sat agebat circa frequentis ministrare.* Non ergo Dominus opus reprehendit, inquit Augustinus sermo. 27. de verbis Domini, sed manus distinxit. Maria optimam partem elegit, non tu malam, sed illa meliorem. Et rursus, *Quid enim? putamus nos reprehensum esse ministerium Marthae, quam cura hospiti alitatis occupauerat, quae ipsam Dominum hospitio receperat? quomodo recte reprehendebat, quia tanto hospite latabatur? Hoc si verum est, dimittant homines, quod ministrant egentibus, eligant sibi partem meliorem, quae non auferretur ab eis: vacent verbo, inhiant doctrinae dulcedini.* & libro 2. qq. Euang. cap. 20. Mariam, inquit, dicit optimam partem elegerisse, quae non auferretur ab ea: & ideo intelligitur optima; quia & per hanc ad illam tenditur, & non auferretur: illa vero ministerij quamuis sit bona, tamen auferretur. Ad eundem modum Ambros. *Nec Marthae, inquit, in bono ministerio reprehenditur, sed Maria, quod meliorem partem sibi elegerat, antefertur.* Idem Gregorius lib. 6. Moral. cap. 28. & hom. 1. in Ezechiele. Beda, & Theophylactus adnotauerunt. Haereticorum vero interpretet, qui nullam comparationem fieri putant, ex verbis sequentibus reselluntur.

42. *Porro vnum est necessarium.* ] Cassianus collat. i. c. 8. & collat. 23. cap. 3. legit, *Porro pauca est, aut etiam vno.* Quod firmiter vnum, quod Christus necessarium esse dicit, non satis constat. Quidam vnum ac simplicem cibum interpretantur, quasi reprehendatur Marthae, quod multis prandij ferculis occupata esset, cum non nisi vno, eoque parabili esset opus. Sic Basil. in monasticis constit. cap. 2. & Cyrillus ad D. Thoma citatus, & Theophylactus in commentariis ad hunc locum interpretantur. D. autem Augustinus

serm. 27. de verbis Domini secundum Lucam, vnum opus est, id est vnitate, quae in Domino est; ille solus nobis necessarius, ille satis est, cetera, quae multa sunt, non sunt necessaria. Alij vnum, quod nimirum elegit Maria, verbum Dei audire, & saluti operam dare, Beda, & Euthymius. Hunc verum arbitror esse sensum. Opponit enim Christus studium Mariae studio Marthae; Maria hoc vnum curabat, vt Christum audiret, & ab eo salutem suam quaerere, Marthae vt Christo in rebus externis omnibus, quibus poterat, ministraret. Illud vnum necessarium esse dicit, haec multa non necessaria, non quod haec non sint aliquando necessaria: nam & corporis moderata habenda cura est: sed quod illud perse, haec non nisi quatenus ad illud referuntur, curari debeant: & illud sine his satis sit, haec sine illo non sint. *Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, anima vero sua derisum patiat, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quarite primum regnum Dei, & haec omnia adiciuntur vobis.* hoc est, Porro vnum est necessarium, quaerere regnum Dei. Quid ergo? an Marthae regnum Dei, id est illud vnum, quod Christus necessarium esse dicebat, non etiam quaerebat illi ministrando? Quaerebat sane, sed per multa, per externarum rerum ambages, atque circuitus. Maria in illud vnum, quod erat necessarium, fixa erat; illud quaerebat recta via, ad illud propius accedebat: sedebat enim secus pedes Domini, & eius verbum audiebat: hoc vnum agebat, quia sciebat hoc vnum esse necessarium. Securior erat secus summum bonum sedens, & quodam modo, ne amitteret, obertans actenens: propterea ne ad ministrandum quidem illi discedebat, ne forte amitteret, quod tenebat, inueni, inquit, quem diligis anima mea: tenui eum, nec dimittam, Cantic. 3. 4. Marthae vero, quae per rerum temporalium ambages ad illud ipsum vnum, ac summum bonum peruenire cupiebat, periculo se exponere errandi. Vna via errari non potest, multis potest. Et solet temporalium rerum sollicitudo suffocare verbum. Propterea dicit:

*Maria optimam partem elegit.* ] G. *καὶ οὗτος οὗτος ἐξελήξατο*, bonam partem elegit. Sic vertunt, qui nullam hic fieri volunt comparationem. Sed, vt diximus supra ex eo, quod Mariam Christus laudat, Martham quodammodo reprehendit, quod sollicita sit, & erga plurima turbetur, apparet comparationem fieri: ita & Augustinus sermo. illo 27. de verbis Domini vertit, *meliozem partem elegit.* Cassian. collat. i. cap. 8. *meliozem partem, & collat. 23. ca. 3. optimam partem, & Philastrius in haesi veteris testamenti multa improbant maiorem partem, & idem Augustinus lib. 1. de Trinit. cap. 10. & Gregor. lib. 6. in Iob cap. 28. & lib. 3. in 1. li. Reg. c. 14. & Ambros. qui serm. 11. in Psal. 118. bonam partem vertit, eodem tamen loco, & in commentariis in Lucam per comparationem exponit. Illic dicit, *Ita verbum cognoscere, maius opus esse, quam ministrare diuinae auditorio sententia definitur:* hic quod supra recitauimus, *Nec Marthae tamen in bono ministerio reprehenditur, sed Maria, quod meliorem partem elegerit, antefertur.* Ac mihi quidem non videtur nos interpres melius comparationem, quae in verbis latebat, quam per superlatiuum exprimere potuisse. Nam non inter Mariam tantum, & Martham, sed etiam inter id quod Maria, & id quod Marthae elegerat, quae quae alius quibus eligere potuisset, comparatio fiebat. Quae cum essent multa, debuit comparatio per superlatiuum, quem vocant, gradum fieri. Quam vocet optimam partem, quam Mariam dicit elegerit, paulo supra docuimus. Nempe elegerat ad pedes sedere Christi, eius verbum audire, eius doctrina pasci, & vt vno dicam verbo, suam salutem quaerere, cetera negligere.*

Mat. 16. 26  
Mat. 6. 33.  
& Luc. 12.  
36.

Quoniam  
si illa pars  
optimam  
elegit Mar-  
thae.

Quoniam  
si illa v-  
num neces-  
sarium.